



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

6 Ærarium publicum conseruare, eoq[ue] parte vti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

nisi fontes, vita concessa, illis adiudicabant, vt hodie in Gallia & alibi rei criminum ad triremes nauium publicarum & regiarum damnantur. Consule Ecclesiasten Salomonis c. 2. v. 2. de vanitate splendorum ædificiorum.

SIGNVM VI.

ÆRARIVM (HORREVM) PVBLI-
cum conseruare, eoque par-
tè vti.

*Ærarij
publico par-
tè vti.*

IN corpore ciuili, seu in Rep. (vt & in corpo-
re physico) requiruntur nerui. Dicebat autem
Mutianus pecuniarum vim Remp. stabilire.
Dum ærarium laborat, tota Resp. laborat. Fit au-
tem hoc, cum aut pecuniæ conquirendæ modi
ignorantur, vel negliguntur, aut parum diligen-
ter asseruantur conquisita, aut rationes publica
tam rerum quàm officiorum raro exiguntur.
Arist. 5. Pol. c. 8. vult, vt, ne ærarium compiletur,
pecuniæ per curias, tribus & centurias, corona
uium spectante, in gazam deferantur, & dictæ
rationes sapius exigantur: aliter enim vngues
vulturum mordicus tenebunt prædas, & in pri-
uatos vsus, quod publicum est, iniuste rapietur.
Hinc apud Rom. ærarium, seu pecunia commu-
nis, asseruabatur in æde Saturni (sub quo in Italia
cunctis vniuersa erat cõmunio) Iustin. li. 43. quod
locus ille aditu omni præseptus, præruptus vni-
diq; & ab accessu munitus esset. (Plut in Publi-
cola, Macrobi, 1. Sat. c. 8. Alex. ab Al. li. 2. cap. 2.)
Athenienses Delphis thesauros suos omni tem-
pore intactos habuerunt. (Diod. Sic. li. 11. Aemil.
in Aristide.)

*Pecuniæ
nerui gerẽ-
dorum, in
nouel. 58.
Vespas. Imp.
dixit, ner-
uos Imperij
esse pecu-
niam.*

B 1 Semper



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semper autem cauendum est, ne, per ambitum
nem ac prodigalitatē exhaustum ærarium, p
scelera suppleatur. Tac. lib. 2. annal.

1. *Pharao* Rex Ægypti è publico ærario fr
mentum emit, quod ingruente fame distribu
secundum prudentiam Ioseph, ne populus fam
periret, & hac prouidentia ærarium ditauit
Gen. 41.

2. Constituit etiam publicum ærarium *Solo
mon*, ait enim in Ecclesiaste ca. 2. v. 8. *Coacernauit
mihi argentum & aurum, & substantias Regni
& prouinciarum.* Substantiam vocat numismata
thesauros (vt exponit D. Tho. de Regimine prin
cipum lib. 2. c. 7.) collectos ex tributis, tum ab ap
so, tum a patre Dauide, de quibus li. 2. & 3. Regi.

3. Idē fecit, in historia Iudith, *Holofernes* pri
ceps Regis Nabuchodonozoris, quando inuadit
regiones Syriæ & Ciliciæ: tulit enim aurum &
argētum multū nimis de domo Regis paratum.

4. *Septimius Seuerus* Imp. publicis opibus adeo
parcē & moderatē vsus fuit, vt ciuitatem Romæ
nam longē ditissimam rebusque omnibus neces
sarijs refertam reliquerit, & in singulis officij
aulici ministerij voluit solum esse tot homines,
quot necessitas postulabat. Lamprid.

Vide de
prodig.

5. *Alexandrum Seuerum* aurum & argētum pra
rō cuiquam nisi militi diuisisse legimus: dicebat
enim nefas esse, vt dispensator publicus in delo
ctationes suas suorū conuerteret id, quod pro
uinciales dedissent. *Idem.*

6. Quis Nerone & Caligula prodigalior? qui
vtroque crudelior? alter enim vices millies HS
(quingenta milliones Philippicum seu duca
torum Italic.) immanibus largitionibus effudit
tandem

gandem exhaustus & egens calumnijs & rapinis
 intendit animum. Suet. c. 56. 58. 31. 37. alter amplius
 tricies millies HS. (75. milliones Phil.) primo sui
 principatus anno absumpsit. Exhaustus igitur
 atque egens, ad rapinas conuertit animum, va-
 rio, & exquisitissimo calumniarum, & auctio-
 num, & vectigalium genere.

7. *Nerua*, vt impendia quantum posset contra-
 heret, sacrificia non pauca, ludos Circenses, atq;
 alia spectacula dissoluit atq; sustulit. *Dio. Cassius.*

8. *Antoninus Pius Imp.* salaria multis subtra-
 xit, quos otiosos & inutiles videbat, dicens
nihil esse stolidius, imò nihil crudelius, quàm
si Remp. y arroderent, qui nihil in eam suo labore
conferrent. Iul. Capit.

9. *Maximilianus I. Imp.* cùm consideraret quã-
 tas Principi profusio soleret adferre calamita-
 tes, non temere quicquam cuiquam nisi optimè
 merito largiebatur, illud identidem dictitans:
Tene mensuram, & respice finem. Laur. Pecente-
 nius in Symb. Imp. verissima certè est vox illa
 ad Augustum Cæsarem: Magnas opes non tam
 quæri multa capiendo, quàm multa non perden-
 do.

Sallust. (in Catil.) ex sententia Catonis com-
 memorat, deficiente ærario Romanam Remp. ad
 nihilum redigi cœptam: esse enim ærarium si-
 mile humano stomacho, qui quãdiu cibum ido-
 neum receperit, facit vt membra corpo-
 ris omnia suam incolumitatem reti-
 neant, cùm verò non recipit, om-
 nia languescant, ne tandem
 concidant.

SIG-